Glibertus de Carentelo abjuratus eft ufuras, prout promittitur, & promifit 'cfticue- C re decem libras: quas, proutconfeflusfuit , habuerat per ufurariam pravitatem.

Eadem die fabbati, finavit domino de procuratione fua prior de Cardelliaco, qui eft ordinis Gluniacenfis, ad quatuordecim libras Turooenfes.

Amaldus Kaynes abjuratus eft ufuras , ut prarmittitur, & promifit etiam reftituere decem folidos : quos , prout confeflus fuit , habuerat per ufurariam pravitatem.

Die Dominica fequenti in Ramis Palmarum, venit dominus apud Figiacum, abbatiam ordinis fanâi Benedidi, dicecefis Caturccnfis: ubi receptus fuit honorifice, cum trumpis, campants pulfatis, & proceflionaliter a conventu diâi loci, induto cappis fericis, abfenteabbate, qui ierat ad regem.

P. L«val abjuratus eft ufuras, prout praemittitur, qui pçomifit reftituere quinquaginta folidos: quos', piout confeflus fuit, habuerat per ufurariam pravitatem.

Et ipfa die proceflionaliter cum conventu diâi loci, dominus acccflit ad parochialem ecclefiam diâi loci, in qua predicavit populo , indulgentiam dedit : At poftmodum rediit ad abbatiam; & ad majus altare, in

Guillelmus de Brina abjuratus eft ufuras, Ut praemittitur, & promifit reftitueredecem folidos,- quos, prout confeflus eft, habuerat per ufurariam pravitatem. Dpontificalibus, cum pallio celebravit : acolytes fecit; & ipfa die procuratus fuit ad expends abbatia: diâi loci, in procuratione. Summa expenfarum fuit, viginti quatuor librarum, trium folidorum, & oâo denariorum Caturcenfium , valentium oâodecim libras, duos folidos, & fex denarios, ut dicitur, Turooenfes.

Guillelmus de Benaft abjuratus eft ufuras, ut praemittitur, & promifit quoque reftituere decem folidos: quos, prout confefluseft, habuerat per ufurariam pravitatem.

Die Luna; fequenti, vifitav it dominus prioratum de Caflegnoliis; qui prioratus eft dc abbatia Figiaccnfi, & eft in manu abbatis·, ubi receptus, ut fupra, audivit Miflam, confirmavit, & reverfus eft apud Figiacum in abbatia: ripfa die fuit procuratus, fuper

Arnaldus de Brinis abjuravit ufuras, pro ut praemittitur, & promj(it reftituere viginti folidos: quos, prout confeflus fuit, habuerat per ufurariam pravitatem.

S. P. Sp. Roal abjuratus eft ufuras, ut premittitur, Ik promifit quoque reftituere quinque folidos; quos, prout ipleconfeffus eft, ante habuerat per ulurariam pravitatem.

Bernardus de Bonperrier abjuratus eft ufuras, ut premittitur, & promifit reftituere decem folidos: quos, prout confeflus fuit , habuerat per ufurariam pravitatem.

p procuratione praediâi prioratus de Caflbgnotis. Summa expenfarum fuit, viginti trium librarum , & decem folidorum Caturcenfium, valentium quindecim libras, tredecim folidos , dt quatuor denarios Turo* nenfes.

Guillelmus dc Linars abjuratus eft ufuram, prout pnemittitur, & promifit reftituere viginti quinque folidos: quos, proutconfertus eft, habuerat per ufurariam pravitatem .

Eadem die Luns finivit prior dc Burgo, qui prioratus eft de Aureliaco, ad fumosam oâo librarum pro expenfis, quia pauper erat.

p. Seguin abjuratus eftufuras, prout *prttmittitur*, fitpromifit reftituere duodecim folidos antiquae moneia.: quos, prout confeflus eft , habuerat per ufurariam pravitatem.

Dic Martis fequenti in mane, ibidem apud Figiacum, audivit dominus Miflam, At confirmavit, & fecit tonfuras; & exinde venit apud Marcellatum , abbatiam nigram , ubi receptus fuit proceflionaliter', aderpen-

Guillelmus Palmerii abjuratus eft ufuras,

fas

tas abbatis diâi loci, ut fupra, procuratus. A dinavit, fic quofdatn dc diceccfi Caturcenfi
CHRisrt Summa, viginti duae iibrx, fic duo folidi de licentia ipfius; inter quos promovit ad CHtûsn
■«). Caturcenlcs, valentium quatuordccim libras, ordinem fubdiaconatus Acchidum magnum,
^fic quatuordccim folidos, fle Oâo denarios nepotem diâi domini epifeopi.
TutoncnfeS. Et cum doriiino comedit ab- Dominica in fefto, Refuneâionis Domi-
bas diâi loci, cum viginti duabus perfonis ni, ibidem cum epifeopo fuit dominus gra-
de ipfius abbatis prrdiâi familia: in era- tis; fic celebravit dominus in pontificalibus,
iiino vero audivit ibi Miffam dominus in cum pallio in ecclefia majori, magnam Mif-
mane, fic quofdam ibidem confirmavit. fam. Et notandum, quod diebus Mercurii,
Die Mercurii fequenti, icilicet ante Pa- Jovis fic Veneris, prxdiâus epifeopus fuit
fcha, intravit dominus Civitatem Caturccn- cum domino ad Vigilias.
lem; fic venerunt eidem obviam tere per Die Lump fuit ibidem apud Caturcum
duas leucasepifeopus, archidiaconi, ficmulti cum capitulo in procuratione, in domo ca-
alii canonici ecclefix Caturcenfis, cum ma- pituli; fic fuit epifeopus, fic omnes canoni-
gna focietate: qui poftmodum ad recipien- ci ad prandium cum domino.
dum dominum ante in civitatem reverfi B Eadem die audivit Miffam, fic prxdicavit
funt. ift majori ecclefia populo, fic dedit indulgen-
Er primo declinavit ad majorem eccle- tiam.
fiam, ubi receptus fuit proceffionaliter, cam- Die Martis fequenti, ibidem in cappella
panis pulfatis, ab epilcopo induto pontifica- epifeopi audivit dominus Miffam, fic poft-
libus ornamentis, fic canonicis diâc eccle- modum exivit civitatem Caturcenfem, epi-
fix in cappis fericis, cum trumpis fic gau- feopo, fic canonicis, fic quibufdam burgcnfibus
dio magno. ipfum comitantibus, fic conducentibus fere
Et poftea venit dominus ad monafterium per unam leucam.
monialium beat» Mariae Deaurat» vel de Ec eadem venit apud Cathufium priora-
Aurate, ejufdem civitatis; ubi fuit receptus tum conventualem dc Clufa, ubi fuit rece-
proceffionaliter, ut fupra, fic procuratus ad ptus proceffionaliter, utfupra, ficprocuratus
cxpcnlas priorifl», fic conventus diâi loci. in procuratione ad expenfas prioris diâi lo-
Et fuerunt epifeopus fic archidiaconus cum ci: fic commederunt prior, fic conventus cum
domino ad prandium. Poftmodum vero ivit domino. Summa expenfarum, novemdecim
dominus in donvbus epifeopi, ubi jacuit; librx,fic fex folidi Caturcenfes, valentes
quia domus diâi prioratus non erant luifi- tredecim libras, fic odo folidos Turo-
cicntcs. nenfes.
Summa expenfarum, viginti trium libra- C Eadem die ad fupplicationcm didi domi-
rum, fic feptcmdecim folidorum, fic fex de- ni Sequardi, remifit dominus ex gratia ifta
nariorum Catuicenfium, valentium quin- vice procurationem fuam, quam mandaverat
decim libras, fle oâodecim folidos, fic tres in prioratu dc Viganteria: quem prioratum
denarios Turoncnfes. Et habuerunt omnes idem dominus Sequardus tenebat, fic cftdi-
moniales panem fic vinum, fle Piâanciam âus prioratus de abbatia dc Marcilliaco.
furticientem de mandato prioriflx fuper ex- Die Mercurii fequenti in mane, ibidem
penlis hujufmodi. apud Catufium audivit dominus Miffam,
Die Jovis iequenti, vifitavit dominus di- confirmavit, fic fecit tonfuras: fic exinde ve-
âas moniales, prxdicavit in capitulo, fic nit apudArchas, prioratum abbatia: de Mar-
dedit indulgentiam; fic poftmodum venit ad cilliaco: ubi fuit receptus proceffionaliter,
majorem ecclefiam, intravit capitulum, v.i- ut fupra, & procuratus ad expenfas prioris
fitavit, fic praedicavit, epifeopo fic canonicis diâi loci. Summa expenfarum lexdecim li-
prsclentibus, fic multis aliis. brx, fic quatuordccim folidi, fex denarii
Poftea in eadem majori ecclefia fecit fer.C Caturcenfes, valentes decem libras, fic tres
vitium; chnlma, epilcopo prxiente, con- folidós, quos vulgo vocant--Turonenfes.
fecravit, fic fecit folemnitate qua decet. Dic Jovis fequenti in mane, audivit ibi
Quo taâo, vifitavit dominus prioratum Miffam, prxdicari fecit, indulgentiam de-
fanât Urlitini, ejufdem civitatis, prioratum dit, confirmavit.' & exinde venit apud Lu-
Marciliaco, quem tenebat dominus Sequar- fer, caftrum domini epifeopi Caturcenfis;
dus canonicus ejufdem Caturcenfis ccckfix & fuit ibidem cum epifeopo gratis.
fic frater abbatis Miferacenfis; ubi fuit re- Eadem die finavit domino de procuratio-
ceptus proceffionaliter, ut fupra, fic procu- ne fua prior de Dureucllo a tredecim libris
ratus in procuratione ad expenfas prioris Turonenfibus: fic eft prioratus abbatiae dc
diâi loci. Et fuit dominus epilcopus ad Moifliaco.
• F.-rv,in- prandium cur) domino, fic multi alia ad ' Dic Veneris fequenti iummo mane, ibi-
nuucaem. imitationem diâi domini Sequardi; nec fuit dem apud Lufer in quadam cappella audivit
computatum de expenfis. dominus Miffam, epifeopo Caturcenfi pre-
Die Veneris fequenti, cum epifeopo in^ iente; & poftmodum exinde venit Mofia-
domibus fuis fuit dominus ex gratiyi fic ea- cum, ubi abbas, fic multi alii venerunt ei
dem dic fecit fervitium dominus in njajoriec- obviam bene per unam leucam; qui abbas
cletia, prxiente epifeopo; fle traâaVK dc Mofiacenfis praecedit ad recipiendum domi-
pace inter burgenies civitatis, ficdidumepi- num proceffionaliter.
fcopum reformanda. Et fuit dominus ibidem receptus, campa-
Sabbato Patch» fuit domibus cum epi- nis pulfatis, proceffionaliter, ab abbate in-
feopo iirutliter in domibus fuis in procura- duto pontificalibus ornamentis; ficut cappa,
tione, nec fuit computatum; fic ipiadiein mitra, baculo paftorali, cum chirotecis; fic a
maiori ccckfia, epifeopo prxiente, facros conventu diâi loci, cum trumpis fic gaudio
ordines celebravit, fic quoldam clericos de magno.
diaccfibus Bituri,enti fic Ciarorr.ontcnh or- Et eadem dic fuit procuratus in procura-

tione

kiA ",'ooe xbbatiz difti loci, quz Doliiit compu-A furas :& exinde venit apud cappellam Tcm'

CHRiSTj ,âre expenfis.

Dic fabbati fequenti in mane celebravit ibidem dominus in pontificalibus, cum pallio: prxdicavit populo, indulgentiam dedit, confirmavit, dc fecit tonfuras ; & exinde , ad invitationem abbatis, venit dominus apud Caftelio , domum abbatis prtedifti de Moifiaco, in diœceG Tolofana ; ubi fuit ad expenfas abbatis ex gratia.

Dominica fequenti, in oftavft Pafchr , venit dominus apud abbatiam Montis Albani, quae eft fub abbate Cate Dei, ut dicunt; ubi fuit, campants pulfatis, proccdionaliter receptus a conventu difti loci, abbate abfente, qui erat Rome.

Poftmodum venit ad parochialem ecclciiam difti loci, & celebravit ibidem in pontificalibus cum pallio, & populo prxdicavit, indulgentiam dedit, tx, poftea reverfus eft ad diftam abbatiam, & fuit in ea procuratus in procuratione ad expenfas abbatis. Summa fuitexpeniarum, quindecim lrbrz, & decem iolidi Caturcenfes.

Die Lunte fequenti, in mane ibidem quoddam altare in honore beati Bartholomaei, & plura parva altaria confecravit, audivit Miftam, confirmavit, tonfuras fecit, fic vifiravit in capitulo.

Et exinde venit apud Caeracum, prioratum conventualcm de Auicliaco, ubi rece-Cram, figillo ejufdem domini figillatam, in ptus fuit, ut fupra, a decano & conventu difti loci, & procuratus ad expenfas decani difti loci. Summa expenfarum, novemdecim libras , fexdecim folidi Caturcenfes ; valent tredecim libras, decem folidos, ficofto denarios Turonenfes.

Eadem die Lunx abbas fanfti Marcelli , Ciftercienfis ordinis, venit ad dominum : cui mandaverat dominus, quod pernoftare volebat in abbatia fua : qui abbas folum allegans paupertatem loci fui, fupplicavit domino, ut pro Deo placeret ei ifta vice remittere; cum non haberet, propter cariftiam temporis, unde poftet eidem providere in neceftariis: qui dominus ifta vice ex gra-I lia pepercit eidem.

Die Marris fequenti, in mane ibidem apud Caerac, audivit dominus Miftam, confirmavit, fic fecit tonfuras. Et exinde venit apud Gardiam Dei, abbatiam ordinis Ciftercienfis ; ubi receptus fuit, ut fupra , ab abbate & conventu difti loci ; intravit capitulum , praedicavit, fic fe orationibus conventus commendavit, & pernoftavit ibidem ad expenfas abbati*: nec fuit computatum.

Die Mercurii fequenti in mane, audivit ibi Miftam, confirmavit, & exinde venit apudCalciatam, prioratum de Ftgiaco, ubi receptus fuit procelfionaliter, ut fupra.

Et qula ecclefia difti loci erat interdifta E auftoritate epifeopi Caturcenfis magifter Gausbertus Defplays, focius epifeopi Caturccnfis, oui conducebat dominum, ob reverentiamdomtni, relaxavit interdiftum, quamdiu dominus effet in villa: & ipfa die fuit procuratus ad expenfas archidiaconi Figiaci, qui diftum prioratum tenebat. Summa expenfarum, viginti tres librae Caturcenfes. Valent quindecim libras, fexfolidos, &ofto 'denarios Turonenfes.

Die Jovis fequenti, in mane audivit ibi dominusMiftam, confirmavit, dc fecit tooplariofum , ubi receptus fuit procdTionalitcr ut iupra, c cappelianis didat ecclcfiz, & procuratus ad expenfas *mtçiilri domus* Templariorum didi loci ; & noluit pernodare.

Jhrjsu

Die Veneris fequenti, ad fupplicationem prioris de Caftiicio , coniecravtt dominus quoddam ahare in honore beati Æadii, fic beatz Marie Magdalenz, in Eccklia beatz Mariz de ihieure, fpeftante ad prioratum de Caffucio, fit audivit Miftam .

Ec exinde venir apud Caftucium, prioratum fanfti Antonini, ordinis fanfti Auguftini : (qui prioratus partita eft in dicecefi Ruthenenfi, fle partira in diiecefi Albicnfi;) ubi fuit receptus ut fupra, fic procuratus ad expenfas prioris difti loci. Non fuit computatum.

Die fabbati fequenti, venit dominus apud fanftum Antoninum, prioratum conventu.ilcm ordinis fanfti Auguftini ; qui prioratus partira eft in dicecefi Ruthenenfi, fic partira in dicecefi Albienfi : fic dum veniftet ante portas ccclefiz, dixit dominus priori , ut portas ecclcfiz faceret poni ad terram , ratione injuriz faftz quondam domino Joanni de Soliaco przdeceftbri domini, a monachis fic burgenfibus diftz villz.

Qui prior oftendit domino quamdam littecram, figillo ejufdem domini figillatam, in qua continebatur, quod idem dominus Joannes, certa pecunis quantitate pauperibus erogata , remiier^ depolitionem diftarum portarum. Qyaliter avifatum, fatisGftum fuit domino: & receptus fuit proceilionalitcr, ut fupra, a priore & conventu didi loci. Summa expenfarum fuit, quatuordecim librat, decem folidi Turonenfes; & ibi finivit vifitatio dicecfis Caturcenfis.

Vifitatia diactft Albittfj ʎ domina Bititrictiffi arcbitpifcopo.

DIE Dominica ante feftum apoftolorum Philippi & Jacobi,. eodem anno Domini MCCLXXXVI. completa vilitatione O\k£,' dicœcefis Caturcenfis, intravit dominus diotccfim Albienfem.

Et primo eadem dic Dominica declinavit apud Woor, domum Templariorum ; ubi fuit receptus proceftionaliter, pulfatis Campanis, & procuratus a przceptore difta domus. Summa expenfarum , undecim librae .

Die Lunz iequenti, in mane audivit ibi Miftam dominus , confirmavit, tonfuras fecit ; & exinde venit apud Viantium, prioratum ecclefiz Albienfis : ubi receptus fuit proceftionaliter, ut fupra, a przpofito difti loci, & procuratus. Summa expenfarum dcenn libre, fic decem folidi Turonenfes.

Eadem die venit dominus epifeopus Albienfis ibidem obviam Domino: & cum locuti fuiftent infimul, recellit epifeopus^ fic ivit apud Albiam.

Eadem die finavit de procuratione fua prior de Rabaftins, monafterii Moifiacenfis, ad duodecim libras Turonenfes: fic eadem die remanfit dominus procuratus , & remifit procurationem quam mandaverat priori de Podio Cclfi Abbatiz Aureliacz, ad iupplicationem fratris abbatis fanfti Germani de Pratis Parificnlis, ex gratta.

Dc

"""Dic Martis fequenti, in vigilia apqftolorum Philippi dc Jacobi, ibidem in mane apud Viancium audivit Miflam dominus, confirmavit, tonfuras fecit.

Et exinde venit apud Siflerol, prioratum abbatis dc Galliaco ; ubi receptus fuit proceflionalitcr, ut fupra , confirmavit, dc fecit tonfuras; dc quia domus diâi prioratus non erant fufficienics, piocuravit dominus idem prior in abbatia Galliaccnfi. Summa expenfarum ------

Et quia idem prior de Sifterol dicebat, quod prxdeceflbres domini , confidcrantes paupertatem loci fui, eidem dare confueverant aliquem prioratum in adjutorium ,' quod nequaquam 'dominus facere poterat, nifi loco primitus vifitato, propter conftitutionem concilii Lugduncnfis, eidem priori parcere promifit dc procurare, quamprimum ipfum alias contingeret didam dictccfim vifitare .

Eadem die 'venit dominus apud Galliacum, abbatiam ordinis fanât Bencdiâi ; de dicunt fe efle fub abbatia Cafx Dei ; fic quia in itinere fuit diâum domino, quod epileo pus Albienfis excommunicaverat admini Aratores diftx abbatis; quam furamamipfiadminiftratores dicebant,non tenere, quia erant exempti ; dominus , more prxdeceflorum fuorum, voluit recipi ptoceflionaliier, pullatis campanis, a conventu didi loci, adminiftratoribus didi loci tum abfentibus .C Et ipfa die procuratus fuit ad expenfas illius prioris de Sifterol.

Die Mercurii fequenti, fuit ibidem, intravit capitulum, vifitavit, dc prxdicavit in prato fito ante capitulum ; pro eo quod tanta populi multitudo erat ibi, quod intrare non poterant capitulum , dc audivit MtiTam in cappella juxta capitulum, defuit procuratus ipfa die ad expenfas abbatix . Summa expenfarum fuit duodecim librx , tcxdecim iolidi, dc novem denarii Turçnenfes.

Die Jovis fequenti, reconciliavit dominus coemeterium , audivit ibi Miflam, confirmavit ; dt exinde venit apud Candelium, abbatiam ordinis Ciftcrcienfis, ubi receptus fuit proceflionaliter, ut fupra , ab abbate fic conventu diâi loci; intravit capitulum, prxdicavit , dc fe orationibus fratrum commendavit, dcperaoâavit ibidem ad expenfas abbati».

Die Veneris fequenti, in fefto Inventionis fande Crucis, in mane ibidem audivit Miflam dominus, confirmavit, dc fecit tonfuras; & exinde venit apud Laudum, prioratum fanâi Pontii Narbonenfis, ubi fuit receptus proceflionaliter, ut fupra, dc procuratus ad expenfas prioris diâi loci. Summa expenfarum, undecim librx, duo folidi, quatuor denarii. Et comederunt cum domino de familia prxdiâi prioris bene viginti perfonx.

Die fabbati fequenti, in mane celebravit ibidem in pontificalibus, cum pallio, prxdicavit , indulgentiam dedit, confirmavit, dc tonfuras ibidem fecit.

Exinde venit apud Caflras, abbatiam ordinis S. Bencdiâi ; ubi fuit receptus proceffionaliter, campanis pulfatis, & procuratus, ut iupra , ab abbate & conventu diâi locic. ad expenlas abbatis, ad lummam..... qui noluit computaro.

Die Dominica fequenti poft feflum ventionis fanâx Crucis, celebravit ibidem in pontificalibus, cum pallio; prxdicavit, indulgentiain dedit , confirmavit, & ronfiiras, ut fiipra , fecit.

Et exinde venit apud Bullatum, prioratum de abbatia Caftrenfi, ubi fuit receptus proceflionaliter, campanis pulfatis, ut fupra , & procuratus ad expenfas prioris diâi locj. Summa expeniarum, quindecim librx, odo iolidi, decem denarii.

Et quia prxdcceftores noftri, attendentes paupertatem lui prioratus, eidem confueverant dare aliquem prioratum in adjutorium : quod non poteramus facere, hifi loco prius vifitato , propter conilitutioncm concilii Lugdunenfis repugnantem; prxmifimus ei parcere, quamprimum nos contigerit alias didam dioecefim Albicnfem vifitare .

Die Lunx lequenti, in mane audivit ibidem Miflam, & confirmavit; & exinde venit apud fandum Amantium, prioratum fanâi Pontii Narbonenfis ', ubi fuit recepius proceflionaliter, ut fupra, & procuratus ad expenfas prioris. Summa expenfarum, fexdecim librx, fic feptetndecim denarii Turonenfesfic eidem priori, quamprimum didam dicecefim alias coni ingerit vifitare , promifit parcere, ratione, qua parcere pro mifit, priori de Bullato prxJido.

Dic Martis fequenti, in mane audivit ibi MiiTam, confirmavit, dc fecit tonfuras; tie exinde venit apud Caranam , prioratum fanât Pontii Narbonenfis, ubi receptus fuit proceflionaliter, ut fupra, dc procuratus ad expenfas prioris diâi loci. Summa expenfarum, quatuordecim libre, duo iolidi, ÔC unus denarius . Et comederunt de familia prioris cum domino fuo fere viginri perfonx.

Eadem die prior fanâi Gervafii, cui dominus mandaverat procurationem fuam t mandavit domino, quod eum reciperet ; fed propter viarum diferimina (nam robatorca erant patum per loca tua montana, qui quo (idic infidiabant tranfeuntibus) demandavit illi procurationem fuam quoad prxfens.

Die Mercurii fequenti, ibidem apud *Li Canat* audivit Miflam, confirmavit, & *fecit* tonfuras; & exinde venit apud Ambiktum prioratum abbatis Marfilienfis: ubi fuit receptus proceflionaliter, ut fupra, & procuratus ad expenfas prioris. Summa expenfarum , terdecim libre, duodecim (olidi, & unus denarius Turonenfis: in craftino autem audivit MiiTam dominus, dc fecit tonfuras.

Die Jovis fequenti in feflo Translationis fanâi Nicolai, intravit dominus civitatem Albicnfem ; & venit epifeopus cum magna comitiva ~~obviam...domino~~, qui ipoflmodum prxceflerunt ad recipiendum dominum pro ceflionaliter.

Et primo declinavit dominus ad ecclefiam catbedralem, ubi fuit receptus, pulfatis eam* panis, proceflionaliter, abepifeopo, prxpo fito, dc capitulo ecclefix: dc poft receptio* nem fuam , declinavit ad domos epifeopa* les, ubi procuratus fuit ipf* die ad expenfas epifeopi. Noluit computare.

Eadem die poft prandium, venerunt confutes dc burgenfes civitatis in camera, qux eft puta cappellam epifeopi, in domibuse- pilcopi .Et ibidem lex burgenfes, fcilicet

/ Pbs».

ANNO CHRISTI

Pontius Hugonis, Aymeridus Amati, Ray-mundus Hugonis, Hugo 'Dcodatus, R. Burgenfia Ac Secardus Caillerii tradiderunt claves civitatis epifeopo, quas tradiderat burgenfibus cuflodiendas epifeopus, ut dicebat.

Quas claves ib'idem epifeopus reddidit domino archiepifcopo, tamquam donunoiüperiori ; Ac quamdiu fuit in civitate prxdifla dominus archiepifcopus, penes fe cuflodivit; Acdiâz tiaditioni clavium'fueruntprzfentes hi qui fequuntur; videlicet Raymunduede Fraxinelfo przpofitus Albienfis ecclcfix, Bercngarius de Carnincis, Ac Bcrengarius de Monte Jovis, ecclefix Albienfis archidiaconi magiflar R. de Canalibus prepofitus Viantii,' Pontius Amati facrifla; Bernardus Oliverii, magifter G. de Monte Jovis, de comitiva domini; frater Guido abbas Vierfionenfis frater domini , magiflri Reinerius de Senonis archidiaconus Graciacenfis in ecclefia Bituricenli, AIP. de Vierfione canonicus curatus ecclefix Vierfionenfis, dc Otho dc Salinis canonicus Magdunenfis, cappellani dorfiini ; frater Hugo dc Faveriis monachus S. Sulpicii Bituricenfis , frater Joannes de Marfac, monachus Vicrfionenfe, At plures alii clerici Ac laid.

Die Veneris fequenti, in cappella epiicopi audivit Miflam dominus.* Ac pofl Miflam exivit civitatem, epiicopo Ac multis canonicis eum comitante .' Ac vifitavit prioratum A Efcuria, abbatix Galliacenfis: ubi receptus fuit proceflionaliter, ut fupra, Ac procuratus a priore diâi loci. Summa expenfarum, duodecim libre; Ac idem promifit parcere priori, quan^primum ipfum eamdem dicecefim contigerit vifitare, femel tantum, ex gratis confimilibus concefla.

Diefabbati fequenti, in mane audivit ibi Miflam, confirmavit, *fecit tonfuras; &* exinde reverfus efl in civitatem, Ac declinavit ad monaflerium fanâi Savini; ubi receptus fuit proceflionaliter, ut fupra, a prxpofito Ac conventu diâi monaflerii.

Poft prandium intravit capitulum, vifitavit epifeopo & przfente ipfo; & ipfo die procuratus fuit sd expenfas przpofiti didi monaflerii ; noluit computare. Poll cœn#m reverfus efl dominus cum tota familia in domibus archiepifcopalibus.

Dic Dominica fequenti, qua cantatur , *Cestote,* in mane vifitavit in capitulo majoris ecclefia:, epifeopo Ac canonicis przfentibus, prxdicavit, celebravit in pontificalibus cum pallio, indulgentiam dedit: Ac ipfa die procuratus fuit a capitulo diâz ecclefiz in domibus archicpifoopailbus. Et fuerunt ad prandium cum domino epifeopo, At fere omne} canonici.

Die Lunc fequenti, in mane audivit dominus Miflam in cappella Epiicopi, & fuit cum ipfo ipfa die gratis; ipfa vero die, hora nona, iu domibus epifeopo in camera , qux eft juxta cappellam epifeopi.

Die Mercurii fequenti, venit dominus apud Flunhac , prioratum abbatix Conchenfis, ubi audivit Miflam, confirmavit; Ac locum fie deftruâum invenit, quod non fuit aliquis qui fibi procurationem fuam miniftraret . propter quod dominus ecclefiam ipfam fuppofuir ccclcfiailico interdiâo.

Et pofImodum venit apud Conchas, ubi fuit receptus procetlionialiter. ut fupra, Ac procuratus ad expenlas obbatis diâi Poilmodum, elapfis fex diebus, venit quidam clericus, tenens diduxn prioratum , qui fe excufavit pro pofle erga diftum dominum, pro Ao qpod non fuerat in receptione fua . Finavit de procuratione fua ad duodecim libras, quas dominus portari prxcepic abbati Conchenfi, qui diâa die miniftravcrat expenfis ; Ac removit ddminus fumnum, quam pofucrat in difta ecclefia.

diatctjü vifitttio.

A Nno przdiâo, die Martis, ante Rogâ-
ExX tiones, intravit dominus dicœceGm Ruthenenfem.

Et primo declinavit apud Varenum, prioratum Aureliacenfis abbatix, ubi receptus fuit proceflionaliter a decano Ac monachi* diâi loci, pulfatis campanis , Ac procuratus ad expenfas decani diâi loci.

Dic Mercurii fequenti, audivit ibi Mifsam dominus, confirmavit, Ac fecit tonfuras; At exinde venit apud Bellolocum, abbatiam ordinis Ciftercienfis, ubi receptus fuit proceffionsliter, ut fupra: audivit Miflam, Ac fuit receptus a conventu diâi loci, quia abbas eorum mortuus erat ; intravit capitulum, prxdicavit, Ac fe orationibus conventus commendavit; Ac ipfa die pernoâavit ibidem ad expenfas abbatix. Noluit computare .

Die Jovis fequenti in mane, audivit ibi Miflam, Ac exinde venit apud Lefpurate , domum Hofpitalariorum, ubi fuit receptus proceflionaliter, ut fupra ; audivit Miflam, confirmavit. Et quia domus praeceptoris non erant fuÆcientea ad recipiendum dominum , miniftravit ibidem przceptor procurationem domino apud Verfuel.

Eadem die finavit prior de Valle', qui prioratus eft de abbatia Aureliacenfi, fctlicet de procuratione fua ad quindecim libras, Ac quatuor folidos Turonenfes pro Gam-
Ut, epifeopo & przfente ipfo; & ipfo die Libellants.

Eadem die finaverunt monachi abbatix Loci Dei, ordinis Ciflcrcicnfis, ad quindecim libras Turonenfes ; quia dicebant fe non habere avenam , vinum, nec panemfufficienttm domino.

Dic Veneris fequenti, venit dominus apud Najatum, prioratum fanâi Antonini, Ruthenenfis ditrcefis, ubi fuit receptus proceffionalittr, pulfatis campanis, ut fupra ; audivit Miflam, dc confirmavit, Ac ibidem fecit tonfuras.- Ac procuratus fuit ad, expenfas prioris diâi loci.

Die fabbati fequenti, venit dominus apud Rivum petrofum, prioratum abbatix fanâi Martialis Lcmovicenfis, ubi receptus fuit proceflionaliter, pulfatis campanis, ut fupra.· audivit Miflam, Ac confirmavit, Acin craftioo fecit tonfuras, Ac fuit procuratur ipfa die fabbati ad expenfas decani, vcl didi loci, Ac noluit computare.

Eadem die remifit priori de Lufnaco abbatis Calx Dei procurationem fuam, ad fupplicationem abbatis Cafe Dei, Ac prioris dc Prinaxac , hac vice tantum, Ac ex gratia fpeciali.

Dominica fequenti, fcilicet ante Afcenfionem Domini, venit dominus apud Prina-

tec, prioratumCafin Dei, obi foie receptus Afâm, confinnamt, prodicâri *fecit: &*
proceflionaliter, uc fupra; audivit foi Mtf-
1 fam, confirmavit, dc procuratu» fiait ad expenfas prioris diâi loci: noluit computare.

Dic Luna fequenti io mane, audtvk ibidem dominus Miflam, de celebravit de mortutsproGcrardo de Vodejodomicello, quondam magiftro bofpitii foi, qui decelerate-pud abbatiam, ubi remanferat infirmus.* fecit etiam tonfuras,

Et exinde venit apud Rambac vel Rainhac, prioratum abbatia Coochenfo, ubi receptus foit proctffiooaliter, campanis pullatis, ut fupra, in quadam minima cappella .' nam patochialis CCClefia diâi loci per ca- e Templariorum, ubi fuit receptu», ut fupra,
fom fortuitum corruerat, annus erat jam ® dc procuratus, dedit adjutorium priorem dc
clapfus. In diâa cappella Miflam audivit, Concorres.
confirmavit, dc foit procuratus ad expenfas prioris diâi loci «

Eadem dic finavit prior de Villanova monaftcrii Moifucenfis, ad quindecim libras , de quatuor folidos Turonenfes.

Eadem dic finavit prior de Petrucia monafterii Figiacenfis, ad duodecim librisTuronenfes .

Eadem dle finavit prior fanâi Juliani monafterii Fagiacenfis, ad fex libras, profetius de Mombifim.

Die Martis fequenti, venit dominus apud Afpririasfeu Afpirias, prioratum fen&i Martialis Lemovicenfis,* ubi foit receptus pro» ceibonaliicr, pulfatis campanis, utfiipra, dc ibidem audivit Miflam, dc confirmavit, dc in mane fecit tonfuras; dc ipfa die fuit procuratus ad expenfas prioris diâi loci. Summa , quindecim librarum Turonenfium.

Die Mercurii fequenti, venit dominus apud Fluvihac, prioratum abbatis Conchenfis, ubi audivit Miflam , confirmavit, dc locum fuppofuit ecdefiaftico interdicto, pro eo quod non fuit aliquis , qui fibi procurationem fuam adminiftraret.

Et exinde venit ad abbatiam de Conchis, ubi fuit receptus proceffionaliter, ou[illegible]fatis campanis, ut fupra: dc procuratus fuit io q abbatia ad expenfas abbatis ex gratia.

Poftmodum elapfis fex diebus quidam clericus ircularis, qui diâum prioratum renebat, finavit dido domino ad dcccm libras, Ac unum denarium Turonenfem.

Die Jovis fequenti, fcilicet io fefto Afcenfioms Domini , didus dominus in pnedida abbatia de Conchis , fuam procurationem recepit; intravit ibidem capitulum, dc confirmavit, dc celebravit majorem Miflam,

In fero prior de Bavars contra ipfum dominum, prout in proceflu continetur, appellavit .

Die Veneris fequenti, venit diâus dominus ad fandum Albinum , prioratum conventuaiem ordinis fandi Auguftini, ubi foit receptus, ut fupra, audivit Miflam, confirmavit, dc fuit procuratus, dec.

Dic (abbati fequenti, tranfivit dominus per Montbrifam, dc audivit ibi Miflam, dc confirmavit, dc fecit ibi tonfuras; dc quia non fuit qui ipfum procuraret, ecclcuam ipfam fuppofuit eccleftaftico ioterdifto.

Et exinde venit dominus apud Bornefelium prioratum abbatiae Concbenfis, ubi fuit receptus proceflionaliter pulfatis campanis , ut fupra , dc procuratus.

Dic Dominica fequenti, audivit ibi Mif-
dc venit noi Claras Vallas, prioratum ab-
L-'~ —'|— -VI ------ — — ceffiouiaiiter, uc fopra, & audivit Miflam, dt fiait ibi procuratus.

Die Luna fcquead in mane, fecit ibi tonfuras, dc confirmavit.· dc exinde venitapud Marcilhac, prioratum abbatis» Conchem fis: ubi fiait receptus proceflaonialiter, pulfatis campanis, ut fupra, dc audivit Miffam, dc fuit procuratus.

Die Martis fequenti, audivit ibi Miflam dominus, dc confirmavit, dc fecit tonfuras, dc exinde venit apud Lemofain , domum

Die Mercurii, venit dominus apud Silvam , feu Filvam, domum Templariorum , ubi foit receptus proceflionaliter, ut fupra, At confirmavit, dc fecit tonfuras, dc ibidem fuit procuratus, ut fupra.

Die Jovis fequenti, venit dominus apud Canabcres, domum Hofpitalariorum ; receptus ibi fuit proceflionaliter, ut fupra, Ac audivit ibi Miflam , dc confirmavit, di fecit tonfuras, dc procuratus fuit.

Die Veneris fequenti, venit dominus ad abbatiam Bone Caf*, vel Bone Confie, ordinis Ciftcrcienfis : qui dc predieavit in ca- [illegible]piiuto, dc Miflam audivit, & pcmoâavit ibidem ad expenfas abbatis prodiâi loci . In mane fecit tonfuras.

Die Sabbati fequenti, videlicet *in* vigilia Pentecoftes , intravit dominus Bituricsnlis civitatem Ruthenenfem. Et primo declinavit ad majorem ecclefiam , ubi fuit receptus a domino epifeopo, dc a capitulo, dc procuratus ab epifeopo.

Die Dominica in fefto Pentecoftes, fuit dominus cum prodiâo domino epifeopo ex gratia.

Die Lune in craftioo Pentecoftes, foit dominus cum capitulo.

Die Martis fequenti, foit dominus cum priore fanâi Amantii burgi Ruthcnenfis, dc dedit fibi fobfidium fexagiuta folidorumTuronenfium, fuper priorem Caftri novi de Levexone Marfillienfis abbati*, Ac quadraginta fuper priorem fanâi Genefii ejufdcmmonaftcrii.

Aradrw *fuit ttnctffâ ifa littera.*

II "KJOS Officialis Ruthenenfis, notum efle
„ I v volumus per pnefentes , quod an-
„ no Domini MQCLXXXVI. reverendo
„ patre domino Simone, Dei gratia Bitu-
p „ ricenfi archiepifeopo, Aquitani-primate,
„ Rutbenenfem dicœcefim, jure mctropolita-
„ no, vifitante; priora de Campanhac, de
„ Pratis, dc de Trebes, prioratus monafle-
„ rii Concbenfis ejufdem dicœcefis Ruthe»
„ nenfis, fupplicaverunt eidem, ut foper pro»
„ curationibus, quas ab eis, jurequofupra,
„ requirebat, eildem parcere dignaretur, in-
„ fuAcientiam diAorum prioratuum, ac te-
„ nuitatem fuorum redituum, Ac temporis
„ chariftiam protendentes.* quorum precibus
„ diâus dominus archiepifeopus Bituriccnfis
„ condefcendcna, cifdem prioribus, jus Bi-
„ turicenfis ecclefic confitentibus, dc raco-
„ guofccntibus ; fuper prcdiâis pepercit hac

m rice,

vi«e, falvojute fibi «lia* & fuis tucceflo-
rwaSrI » r*'** comptent* · In quorum teftunonium
„s« » rcquiütionem ejuldcm. &c.

beifil lÿUetie ditenfij

ANoo pnediâo MCCLXXXVI die Martis poft feftum Sanâtffunr Trinitatis, completa vifitatione Ruthenenfis dicœcefis, intravit dominus dkrcefim Mimatenfem.- fic primo per calles & valles venit apud fanâarn Eminiam, prioratum conventualem ianâi Theofridi, Anicienlis dicecefis; ubi fuit receptus proceflionaliter, pulfatis campants, fic procuratus ad expenias...*prioris*...diâi loci, Summa expenfarum terdecim libre, & quinque folidi Turonenfes.

Dic Mercurii fequenti, in mane audivit ibi Mittam, prxdicari fecit, indulgentiam dedit, confirmavit, & tonfuras fecit ibidem

Et exinde .«fcendendo venit apud Fleurac, prioratum Cafe Dei, quem tenebat nepos abbatis Cafe Dei, ftudens in febolis; ubi fuit receptus, ut fupra, dc procuratus ad expenfas prioris diâi loci. Summa expenfarum fuit quatuordecim librarum, & feptem folidorum Turonenfium.

Et notandum, quod ibidem venerunt duo monachi monalterii Aureliaccnfis, cum litteris procuratoriis abbatis fui, & litterisclaufisepifeopi Ruthenenfis direâis domino; 10- cuturi, & traâaturi cum domino fuper dtfcordia, qu» inter dominum & abbatem fuum vertebatur, ratione prioratuum de Montbazain, Ruthenenfis dicecefis, fic dc Bayvars cyufdem dicecefis.

Et in fine finaverunt diâi procuratores de procuratione diâi prioratus de Mombafain; cujus ecclefiam & procurationem loci fuppofuerat dopainus ecclefiaftico interdiâo, ratione dîâx procurationis fibi denegat», ad duodecim libras Turonenfes, quas debuerunt tradere domino epifcôpo Ruthcncnfi.

Et ad implendum pnemiflà, dominus dedit poteftatcm domino epifeopo Ruthenenfis amovendi fummas prediâas, quandocumque ipfi fatisfaâum effet, loco noftri, de diâis duodecim libris, quas afferre vel mittere debebat ad concilium Bituricenfe.

De procuratione autem prioratus de Bayvars, ejufdem monafterii, fuperfedit dominus ad relationem domini epifeopi Ruthenenfis; aflerentis per litteras fuas claufas, quod locus erat pauper & quafi inhabitabilis, & quod prcdeceffores domini non confueverant ibidem procurari.

Die Jovis fequenti, in mane ibidem apud Fleurie audivit dominus Mittam, & confirmavit, & tonfuras fecit. Et exinde venit, & intravit dominus civitatem Mimatenfem.

Et primo declinavit ad majorem ecclefiam, ubi fuit receptus proceflionaliter · capitulodifbe ecclefir: & dum effet in choro ecclefir, prrfentibus canonicis ipfius ecclefir, & multis aliis, ob dilationes & pacem diâi capituli, ipfe amovit fummas ab ipfo auâoritate apoftolica, latas in quofdam canonicos diâr ecclefir, opponentes fe collationi faâr nagiftro P. de Ruthena a domino archieptfcopo de prrpofitura Mimatenfi per privilegium papale fibi conceffum

ade beneficiis, que tanto tempore "J,C4"e-"7'- " rant, corum collatio erat ad iedem Apoftolicam, juxta Lateranenfia ftatuta concilii légitime devoluta, &c.

Ipfa die procuratus fuit ad expenfas magiftri Pauli procuratoris clerici Mimatcniis in Romana curia exiftentis in domibus epifcopalibus ipfius clerici pnediâl. Et non fuit computatum.

Die Veneris fequenti, in mane intravit dominus capitulum Mimatenfe, prcdicavit, & poftmodum ad majus altare celebravit in pontificalibus cum pallio, praedicavit populo, indulgentiam dedit; & fuit procuratus in domibus epifcopalibus ad expenfas capituli diâi loci. Non fuit computatum.

Eadem die finavit de procuratione prior de Expaniaco, Mimatenfis dicecefis, monafterii de Aureliaco, ad fumrnam duodecim librarum Turonenfium.

Item *prior de* Calinao, ordinis Clugniaceolis, ejufdem dicœcefis, finavit fimilnerdc procuratione ad fumrnam decem librarum Turonenfium.

Item eadem die finavit fimiliter de procuratione prior de Cheriaco, conventual^ abbati® Marcillienfis, ad duodecim lib;as Turonenfes.

Item, fimiliter eadem die finavit prior de Canonicâ, ejufdem dicecefis, ad decem libras Turonenfes, de procuratione,

Die fabbati fequenti, in mane ibidem apud Mimatenfes in cappella epifeopi audivit dominus Mittam, confirmavit, & circa triginta parvos tonfuravit. Quo faâo, exivit civitatem Mimatenfem, & venit ad ecclefiam de Rivotcrto parochialem; ibidem vifitavit, & confirmavit quofdam.

Et exinde ipfa dic vifitavit dominus ecclefiam parochialem fandi Albini; ubi fuit receptus procettionaliter, ut fupra, & procuratus ad expenfas Cappellani diâi loci, & cappellani de Rivotofto, qui per medium procurationem ipfam folverunt. Summa expenfarum, quindecim libre, fticxdccirn foldi Turonenfes.

Die Dominica fequenti, fcilicet in mane, inoâavis Sanâiflqme Trinitatis, audivit dominus Mittam, confirmavit, & fecit tonfuras; *Bi* exinde venit apud Meltcolum, prioratum fanfti Ægidii: ubi receptus fuit a cappellano & quibufdam monachis diâi loci, priore abfente, qui ex pravitate Sua fe ablentaverat, ut publice ferebatur.

Et ipfa die fuit dominus procuratus ibidem ad expenfas prioris diâi loci. Summa expenfarum, quindecim libras; quas folvit Suidam burgenfis de villa, cui dominus venidit bladum quod in diâo prioratu invenit; & de refiduo obligavit dc per litteras fuas ceteros redditus diâi prioratus, ufque ad ftlmmam procurationis prediâar.

Die Lunc fequenti, in mane audivit ibi Mittam dominus, confirmavit, tonfuras fecit; dc exinde venit apud Salgue, prioratum ordinis Qugniacenfis: ubi receptus fuit proceflionaliter, ut fupra, & procuratus ad expenfas prioris diâi loci. Summa expenfarum, viginti libre Turonenfes.

Et quia communiter dicebatur, quod archicpifcopi Bituricenfes ibidem non confueverant procurari, licet locus effet fufteiens

"ad procurationis onera fupportanda; domi-A nud eidem pelori, ad relevationem cxpenti-rumprocurationis prxdiâx, dedit fex libras Tpreôcnfes, percipiendas fuper prioratumde Bouroooofe ; Ac alias *fex* libras fuper prioratum de Bor, Caroœontenfis dicœcefis , dan;eis litteras compulfatorias fub hac forma :

Ttutr frcAitkna liittrarmt.*

Simon Dd gratia Bituricenfis archiepifcopus, Aquitaniae primas: viro venerabili, & difereto domino Geraldo de Monte Alto canonico Mimatenfi ; falutem in Domino. (Jtooftram provinciam vifit antes in ouibufdam provinciis feu ecclefiis nobis, fakem B quantum ad exhibitionem procurationum tubjcftis, confiderata tenuitate redituum, agamus mitius cum eifdem ; ubi fcilicet loca funt potiflime exempta immoderata pecunix quantitate, ecclefiis aliis qu* devote, & humiliter procurationum noftrarum onera fubierunt: benigne decernimus fubveniendum ab illis, quos nobis, quantum ad hoc, fubditos, prout de jure poflemus, procuratione integra voluimus prxgravare ; quamquam nec gravamen fit » nec dici debeat, nobis At prxlatis aliis procurationes debita* exhibere , qux Cingularium ecclefiarum commodis, Acaflôâu, & officio obligarunt. Proinde dilefto in Chrifto priori de Bornhoncle, Claromontenfis dicœcefis, fummam fex librarum Turonenfium ejus facultatibus imponimus; ut diftas fex libras, ratione procurationis , ab ipfo priore de Bornhoncle nobis debitx, religioib viro priori de Salegne, Cluniacenfis ordinis, qui procurationis nomine nobis reverenter neccíTana mtmftravit, folvere teneatur. Quare diferetioni veftrx , tenore prxfcntium, committimus Ac mandamus, quatenus eumdem priorem de Bornhoncle, auftoritate noftra metropolitans , moneatis, ut infia 0Λ0 dies a monitione veftra , eidem priori de Salgue, vel ejus man dato, prædiâas fex libras Turoncnles foive r-re non omittar.- quod fi monitus non fecerit, ipfum, quem ex tunc fufpendimus, interdicimus , Ac excommunicamus ; lufpenfum, Ac intcrdiâum, Ac excommunicatum per cappcllanuni, curatum parochialem ecclefix de Bornhoncle, Ac' per omnes alios circumvicinos cappcllanos ecclefiarum parochialinm dcnunciari publice faciatis ; ccclefiam quoque parochialem de Bornhoncle ecclefiaftico interdifto. vice noftra fupponentes, fi opus fuerit , quoufque idem prior monitus de prxdifta pecunix quantitate , Ac dc loto ioterefle integre fatisfeccrit . Subfequenter omnes Ac fingulos qui priori dc Bornhoncle ad exhibitionem debito- p rum redituum, Ac obventionem, feu decimatum quarumlibet funt adftriâi , moneatis fub inhibitione folemni, ne eidem priori de Bornbonde quidquam exhibeatis dc eifdem, nifi fatisfaâione prxdiâx pecunix prxcedente. Quod fi (ecus egerint, ipfos , quos nunc prout ex tunc pana confimili innodamus , excommunicates fimiliter publice nnnciart mandetis: quam pœnam extendimus in omnes, qui mandati veftri, itnmo noftri, circa hoc exftiterint tranlgreflores. Ut autem przmifla omnia , lingula cxfequi, nec non Ac prxlibatss fummas agB gravare per vos vel per alium valeatis, vo* bis tenore prxfentiltun commlttlmus Ac man* damus. Datum & figillo noftro figillatum» anno Domini MOCLXXXVI. ante feftum beati Joannis Baptiftx, die Mercurii. ,,M.

Confimilem litteram cotnpulforiam habuit idem prior de Salgue, contra priorem de Bor prxdtAum , pro aliis fex libris.

Die Manis fequenti, ibidem apud Salgue in mane MiiTamaudivit, Ac confirmavit, Ac fecit tonfuras: Ac exinde vifitatione Mimatenfi completa , venit apud Sancergne, domum prxpofiti Brujaccnfis juxta votum : ubi fuit ad invitationem przpofiti memorati ex gratia.

ytffitio diac^fii Cpromenttufij p<r Bilvrictilftm afchitpif^pum.

ANno Domini MCCLXXXVI. die Lunx poll Kamos Palmarum, intravit reverendus pater Simon, Bituricenfis archiepifeopus, dicœcefim Claromontenfem, caufa vifitationis. Et primo declinavit apud Silvigniacum, prioratum conventualem ordinis Cluniacenfis, ibi fuit cum priore in procuratione ipfa die. Summa expenUruui, duodecim librx Ac quindecim folidi. in craftino audivit ibi MiiTam , prxdicavit, indulgcn-,,tiam dedit, Ac fecit tonfuras.

Eadem die finivit de procuratione ad duodecim libras, prior de Firmitate moniali , ordinis Cluniacenfis , diftans a Silviniaco per tres leucas: Ac vifitavit dominus tr«nfeundo.

Similiter eadem die finavit de procuratione ad decem libras, prior dc- Bamay, ordinis Cluniacenfis, diftans a Silvigniaco per tres leucas.

Die Martis fequenti, venit dominus apud Vernolium , ubi fuit receptus proceflionaliter a capitulo diâx ccclelie, Ac procuratus. Summa expenfatum, novem librx , Ac decem folidi, de quibus ad revelationem expenfarum dedit eis quadraginta folidos Turonenfes: At quadam alia jura procurationis remifit eis, pro eo quod invenit locum pauperrimum: Ac-diftat a Silvigniaco per quinque leucas. In craftino audivit ibi Mifiam , prrdicavtt, indulgentiam dedit, tonfuras fecit, Ac in capitulo vifitavit.

Eadem dic Martis, finavit de procuratione ad novem libras prior dc Salis, ordinis Cluniacenfis, diftans a Vernolio per tres leucas, nec pro tanto ciTet immunis, nifi magiilcr Stcphsnus ciiratus de Maincaccon ducens dominum, pio eo fpecialiter rogaviflet.

_ Die Mercurii, fuit dominus apud Sanftum Porcianuni, cum priore ordinis Cluniacenfit : m procuratione non fuit computatum. Diftat a Vernolio per unam leucam: in craftino audivit ibidem MiiTam dominus , praedicavit, indulgentiam dedit, & confirmavit , & tonluras fecit.

Eadem die Mercurii, finavit de procura* tione ad decem libras, Al quatuor folidos per Cambellanum prior de Broo, ordinis Cluniacenfis, diflans a fando Porcianoper tres leucas: & vifitavit eumdem locum dominus dida die.

Eadem die, fimiliter finavit de procuratione ad decem libras, & quatuor folidos,

fer

ANNO CHRIST! ■per Cambéllanum prior de Janice, diftans a feoâo Porciaoo per tres leucas, vel quatuor : dc vifitavit dominus locum.

Dic Jovis fequenti, fuit dominus in abbatia fandi Gerberti ordinis Premonllratenfis, cum abbate in procuratione, & ibi fen&um chrifma confecit. Di&a abbatia diftat a fando Porciano per duas leucas: in craftino audivit ibidem fervidum, confirmavit , & fecit tonfuras.

Die Veneris fequenti, venit dominus ad prioratum de Chambarande monafterii Menatenfis: & invenit ecclefiam didi loci valde male edificatatn , fic quafi minantem tuitum: nec habebat prior domos ubi poffet habitare, excepta quadam grangta in qua dominus, & fui jacuerunt, & procurati fuerunt a priore didi loci. Summa expenfarum, feptem libre, & feptem (olidi. Et diftat ab abbatia pradida fandi Gerberti per duas leucas.

Dic febbati fequenti, fcilicet in vigilia Pafchas, vifitavit dominus ecclefiam de Karofio, pertinentem ad preceptorem domus Militis Templi de Marchia : qui quidem preceptor finavit de procuratione ad undecim libras , fit quatuor folidos pro Cambcllanis. Quas undecim libras dominus expendit , ipfe die in domo fua de Naves& in ecclefia de Naves ordines celebravit dida die fabbati : dt quofdam de Bituricenfi & Claromontenfi dicecefibus clericos ordinavit.

Eadem die fabbati, finavit dc procuratione ad quatuordecim libras, prior de Efcuroliis, ordinis Quniacenfis, diftans a Marchia per duas leucas: quas expendit in domo fua de Naves ipfa die.

Die Dominica fequenti, fcilicet ipfa die Rcfurreâionis, fuit dominus apud Naves in domo fua ad proprias expenfes: dc ipfa die in parochiali ecclefia diâi loci, celebravit folemniter in pontificalibus, cum pallio.

Die Lun» fequenti, anni MGGLXXXVL venit dominus apud Gannac, ~~prioratum ab-~~ batis Yfiodorcnfis: Ibi fuit cum priore tn procuratione. Summa expenfarum , undecim libat, feptem folidi, de oâo denarii.

In craftino Miflam ibidem audivit, praedicavit, indulgentiam dedit, confirmavit, & tonfuras fecit: dc diftat villa de Gannac a caftro de Navis per nes leucas.

Eadem die, finavit dc procuratione ad decem libras, de quatuor folidos, prior fan&i Boniti de Monte Pancerii ordinis Quniacenfis , diftans a villa de Gannac per duas leucas. Et ipfe die vifitavit dominus predi&um prioratum fanfti Boniti.

Die Manis fequenti, fuit dominus apud fanâum Genefium cum priore diâi loci , monafterii Ebrolienfis , in procuratione . Summa expenferum, decem libre, fex folidi, dc tres denarii : dc diftarc dicitur locus a villa de Gennac per duas leucas. In craftino audivit dominus ibidem Miflam , confirmavit, dc fecit tonfuras.

Eadem die , finavit de procuratione ad decem libras, prior de Montibus, ordinis Quniacenfis , diftans a villa fan&i Genefii per tres leucas: quem locum dominus traofeundo vifitavit.

Die Mercurii fequenti , venit dominus apud Aquam ipariam : vifitavit ecclefiam A diâi joci dc fuit procuratus a capitulo dc Thiarc , qui tenetur ad procurationem . Summa expenferum, undecim libras, & decem iolidi , cum fex denariis. In craftino Miflam audivit ibidem , & praedicavit, indulgentiam dedit , confirmavit , & fecit tonfuras . Diftat a villa fandi Genefii pei leucam. ..... anno

Die Jovis fequenti «vifitavit dominus prioratum de Lufillac, abbatic Cale Dei, fc fecit procurationem fuam prior di& loci apud Buyllon . Summa expeniaru m , decem libra; , decem & odo folidi , fc fex denarii : & diftat Lufillac ab Aqua ipar fa per duas leucas, dc a Buyllon per unam B leucam.

Die Veneris fequenti , vifitavit dominu: prioratum de Buyllon, audivit Miflam , confirmavit, fecit tonfuras, & fuit procuratus a priore diâi loci, in procuratione. Somnia expenfarum , decem librae.

Die Sabbati fequenti , vifitavit deminue prioratum de Marcngne, monafterii Cafr Dei, Ubi Miflam audivit, confirmavit , tonluras fecit, & fuit procuratus a priori didi loci. Summa expenfarum, decem libre, undecim folidi : & diftat a villa dc Buyllon per leucam .

Die Dominica fequenti, fcilicet in oâa- ~~vis Pafchc, audivit dominus Miflam~~ apud C pnedidum prioratum de Marengne : & exinde venit apud Bellum reguardum, ubi fuit cum epifeopo Claromontenfi gratis : dc diflat a villa de Marengnc per duas leucas.

Die Lutue fequenti, intravit dominus civitatem Claromontenfem , epifeopo eum lemper comitante· Et primo declinavit ad ecelefiam fccularem beats Marie de Portu.

Iatravit capitulum una cum epifeopo, & ibidem vifitavit, dt procuratus fuit a capipitulo di&e ecclefie , In domibus epifeopi Claromontenfis. Summa expenlarnm , decem libre, quindecim folidi , & oâo denarii .

Dic Martisfequenti, vifitavit dominusecciefiam fatcularem fandi Genefii , epifeopo prxfentc ; & procuratus fuit ab abbate & capitulo didi loci , in domibus epifeopi Oaromontenfis . Summa expenfarum , undecim librae, feptemdecim folidi, & fex denarii.

Dic Mercurii fequenti, vifitavit dominus ecclefiam fiecularem de Chamalorc Claromontenfem : vifitavit in capitulo, confirma vit, tonfuras fecit, dt fuit procuratus a capitulo didi loci, in domibus epifcopi. Summa expenfarum , decem libre, oâo folidi, & fex denarii.

Et cum dominus fuit Qaromontis , traâavit de multis: primo de contentione que ~~vertebatur~~ inter ecclefiam xClaromontenfem, dc monafterium Cafe Dei.

~~Die~~ Jovis fequenti, exivit dominus civi, tatcm Claromoorenfem, & venit apud Montem Ferraodi ; vifitavit ecclefiam diâi loci, & procuratus fuit a priore diâi loci, ordinis monafterii Cafie Dei. Summa expenfeum, undecim librae, quinque iolidi, dt feptem denarii.

In craftino audivit ibi Miflam , confirmavit, & fecit tonfuras: & exinde venit in domum Fratrum Praedicatorum Qaromontenfium, ubi tra&avit de negotio clerici Mr nutcnfis, ufque ad horam pomeridianam.

Die

"TTLTT— CHRbri ·»»«.

D* Veneris fequenti , vifitavit ·dominus prioratum de Cherooac abbatias Carie Dei, dc fuit procuratus a priore didi loci. Summa expcnfaium fcpion libre, decemfolidi; & fex denarii · In inane audivit dommus Miflam , confirmavit , dc fecit tonturas . Cbcronac diftat a Claromontc per duas leucas.

Eadem die , finavit de procuratione ad decem libras, dr qtutuor folidos , prior dc Rajae ordinis Quniaccnfis , diflans a Ciaromonte per dimidiam leucam.

Die Sabbati lequenti, viiitavit dominus ecclefiam de Creflo, Miflam audivit ,dc fuit procuratus a priore didi loci , monaflerii Cafae Dei, qui folvit aliam medietatem . B Sumina cxpenlarum, undecim librae, dc undecim folidi . In craftino audivit Miflam ibidem , praedicavit populo, indulgentiam dedit, confirmavit, dc fecit tonfuras. Creftum diftat dc Cheronac per leucam.

